



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Votum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- 12 Non potest sine adjunctis prosequi delictum Canonici. Trid. *sess. 25. c. 6.*
 13 Potest sumere suum Notarium, non Capituli. idem *ibid.*
 14 Et item Fiscum suum, vel alium quem voluerit. idem *ibid.* vbi ait, in consueto tribunali.
 15 Et in domo sua. idem *ibid.*
 16 Carcer pro Canonicis sit in loco decenti. *ibid.*
 17 Quomodo se gerat Episcopus in pœnæ eorum, idem *sess. 13. c. 1.* nimis ut Past.
 18 Appellatio non datur quoad effectum suspensiorum. idem *ibid.* nisi grauamen sit irreparabile. *Trid. sess. 24. cap. 10.*
 19 Licet Episcopus procedat, vt delegatus Sedis Apostolicæ, appellatio tamen sit ad Metropolitanum, decimum refert praxis noua Episc. *p. 2. Vist. §. 3.*
 20 Adjuncti sunt eligendi initio anni, & à solo Capitulo. Trid. *sess. 25. cap. 6.*
 21 Eorum auctoritas extenditur solum ad causas criminales. *ibid.*
 22 Quandocumque vult Episcopus procedere contra aliquem, etiam extra visitationem. *ibid.*
 23 Assensus, ne dum consilium eorum, est necessarius. *ibid.*
 24 Non possunt recusari, quia electi à toto Capitulo.
 25 Eorum votum est unum: si discordent, & alter eorum adhæreat voto Episcopi, sit sententia. Trid. *ibid.*
 26 Si discordent ambo ab Episcopo, intra sex dies Episcopus, & ipsi elegant tertium, alter electio tertij denovoluitur ad viciniorem Episcopum. *ibid.*
 27 Tertius electus accedat, cui parti volunt, *ibid.*
 28 In delictis adulterij, concubinatus, & in atrocioribus, & vbi de fuga timetur, potest Episcopus solum ad summariam informationem, & detentionem procedere. *ibid. Vide supra. Clericus concubinatus.*
 29 Vbi non est crimen graue, neque timetur fuga, Episc. non potest. ex cod. *ibid.*

A D D I T I O.

- 1 Potest Episcopus procedere sine adjunctis ad pœnas contra capitulares non obseruantes diem festum ab Episc. edictum. *Congr. conc. 7. sept. 1630.*
 2 Item si e adjunctis exigere rationes ab

officialibus ex premio capituli constitutis, sede vacante, nisi velit criminaliter procedere, decimum refert Garz. de benef. *p. 5. cap. 7. nro. 23.*

- 3 Contra coadiutores cum futura successione non tenetur procedere cum adjunctis, nisi ex forma coadiutoriae colligatur, illis concessa fuisse priuilegia, que habent Canonici exempti, decimum refert Garz. in addit. *p. 4. c. 5. nro. 96.*

Votum.

- 1 Non potest Episcopus dispensare in voto, quo aliena incerta deuota sunt in subsidium terræ sanctæ, vt in alios usus conuertantur. Sylu. *Votum 4. quest. 3. Quintum.*
 2 Neque in voto temporali Religionis, cum quis obligatur intrare, non renunciare. *ibid. Sextum.*
 3 Neque in voto intuitu personæ certæ, vel loci, nisi vrgéte causa. Archid. & alij. Affirmant alij, apud Sylu. *ibid. quest. 6. Quartum.*
 4 Potest in imposta pœnitentia à Papa transmutando votum. idem *ibid. Octauum.*
 5 Item in voto, qui existens in religione laxiori voulit strictiorem. *ibid. q. 3. Sextu.*
 6 Et vt habens votum simplex de arctiori transeat ad laxiorem. *ibid.*
 7 Votum peregrinationis ad Aedem Laurentianam esse referatum Papæ, dixit Nauarr. & Nald. *Votum. num. 32.* allegat breue Greg XIII. sed nunc non attendi in praxi, docet Azor *tom. 1. lib. 11. Tr. 10. q. 4. Talcum Naldo. supra.*
 8 Voti referuati qualitas, puta eundi pendibus ad Sanctum Iacobum, &c. non est referuata Papæ. Nald. *Votum 52.*
 9 Causæ dispensandi sunt tres: malum, inutile, maioris boni impedimentum. Syl. *quest. 6. loco citat.*
 10 Dispensatio nihil loco voti iniungit. Nauarr. in *Man. c. p. 12.*
 11 Causæ commutandi sunt, impossibilitas, seu incommoditas, vel maior utilitas, a bitrio boni virti. Sylu. *supra.*
 12 Et saltem sit æqualitas in commutacione. *ibid. quest. 8. Secundum.*
 13 Commutatio voti ad locum pium tuus sit in favorem eiusdem loci pii, Nald. *supra 70.*

14 Si

- 14 Si ob calamitatē à populo votū Deo
fiat, non ante quā agatur cum Ep. Pr. 5.
15 Fiat deinde cum aliqua solemnitate;
pridie, uesperi dato cāpanā signo, adul-
tis omnibus mane conuenientibus, sa-
cra Eucharistia refectis, processione in-
dicta, Missa celebrata, concione de vo-
to habita. Clero loci præsente, & post
offertorium. *ibid.*
- 16 Qui vniuersitas nomine sunt delecti,
genibus flexis coram Sacerdote cele-
brante, in scriptis, voti formulam præ-
scriptam pronunciant. *ibid.*
- 17 Instrumentum voti à Notario conse-
ctum, mittatur ad Episcopum, ut in Ar-
chivio ponatur. *ibid.*
- 18 Si perpetuum est, in tabula lapidea in-
cidatur, & indicetur. *ibid.*
- 19 Vbi vero puta ob pesci, conuenire non
possunt omnes, alia ratio ineatur, donec
hieri possint, que supra scripta sunt. *ibid.*
- 20 Vota populorum censentur obligare
perpetuo successores, si fiat cum auco-
ritate Episcopi, non in vim voti, sed pre-
cepti ecclesiastici. *Suar. 10.2. de relig. lib.*
4.c.9.in fin.Nald.V otium.nu.9.
- V. Dispensatio n.18.Legatus.num.2.*

Vsura.

- 1 Cambia siccā damnantur, & facta
Pius V. Anno 1571.
- 2 In realibus damnatur dilatio termini
solutionis præstituti, lucro recepto ex
tacita, vel expressa conuentione, seu etiā
promissio tantum. *ibid.*
- 3 Ne à principio, neque alias, audeant
pacifici certum interesse, etiam in casu
non solutionis. *ibid.*
- 4 Neque fiant cambialiter, quam pro pri-
mis mundinis, vbi illæ celebrantur: vbi
vero non celebrantur pro primis termi-
nis iuxta vnum locorum. *ibid.*
- 5 In terminis habeatur ratio longinquitatis,
seu vicinitatis locorum, in quaib[us]
solutio destinatur. *ibid.*
- 6 Qui contra h[oc] fecerit, usura pœnis
subiiciatur *ibid.*
- 7 Qui congregatam vndique pecuniam ita
ad se redigunt, ut quasi monopolium

pecuniae facere videantur, pœnis con-
tra exercentes monopolia constitutis
subiiciantur. *ibid.*

- 8 Episcopus domos suas locans, vel sub
alio titulo concedens ad sc̄nus publicè
exercendum usurarum hominibus alienigenis,
& aliis non oriundis ex terris
iporum, vel si eos in terris suis habita-
re permiserit, suspenditur. *Barb. allegat.*
111.nu.24.Vide locum.

9 De alijs superioribus in hac materia
Sylu. Vsura 9. quest. 22.

- 10 Clericus usurarius, vel haeres usurarij,
cogitatur restituere usuras sub pœna sus-
pensionis ab officio, & beneficio, & de-
putationis, idem *V.sura 6.9.8.*

11 Usurarius manifestus est, qui est noto-
rius de iure, vel de facto, vel qui coram
sacerdote, & testibus in articulo mortis
confessus est se usurarium, & mandauit
usuras restituiri. idem *V.sura 9. quest. 1.*

- 12 Potest publicari talis, etiam post mor-
tem. *ibid. quest. 3.*

13 Non est admittendus ad sacramenta,
neque ad oblationem, nisi idonee ca-
ueat pro restitutione. *ibid. quest. 4.*

- 14 Qui recipit oblationem, est suspensus
ab officio, donec restituat spoliatis, arbi-
trio Episcopi. *ibid.*

15 Carcat usurarius manifestus Ecclesias-
tica sepultura. *ibid.*

- 16 Licet mandarit restitutionem, nisi re-
ipsa satisfaciat, aut pignoribus, aut fide-
iussione idonea data. *Prou. 2.*

17 Parochus eiusmodi hominem sepultu-
ra ecclesiastica tradens est excommuni-
catus, ex Constit. Clem. V. *Prou. 2. &*
Sylu. loc. cit. quest. 4.

- 18 Alias pœnas temporarias recenset idē
ibid.

19 Cautione data post morrem, potest se-
peliri in loco sacro. idem *ibid. quest. 10.*

- 20 Incertorum restitutio eiusmodi homi-
num spectat ad Episcopum. idem *V. de*
Restitutio 8. quest. 5.

21 Iurans non repetere usuras, potest ex
noua causa admitti ad repetitionem.
Nald. Vsura nu. 6.

- V. Contractus.n.1.15. Testamentum.n.9.*

L A V S D E O .